

vestras in Camera nostra solvere et exhibere curetis et recipiatis ab eo exinde apodixam.

Datum Neapoli anno Domini MCCCXXXVII die XXII januarij V jndictionis (35).

*Pro Nicolìa.*

Robertus Dei gracia Rex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis Comes. Justiciariis Calabrie necnon officialibus seu commissariis deputatis ad recolligendum subsidium sive donum factum per Barones et nobiles Regni nostri spectabili Duci Duracij nepoti nostro carissimo ac officialibus et personis aliis ad quas spectat presentibus et futuris fidelibus suis gratiam etc.

Condescende[n]tes supplicantis petitionis instancie facte nobis per Marinum Grionis de Veneciis militem cambellani (*sic*) familiarem et fidelem nostrum pro Nicolìa de Rocco de Seminaria relicta condam Guillelmi Sclavelli de Flumine frigidò eiusdem Marini privigna et quia sicut accepimus mulier ipsa vidua est nobisque non servit pro bonis que a Curia nostra tenet placet nobis eidemque Nicolie de certa nostra scientia tenore presencium indulgemus quòd pro bonis feudilibus que in dicta terra et pertinenciis eius tenet ista vice in subsidio dicti Ducis non contribuat nec ad id aliquatenus compellatur. Volumus ergo et fidelitati vestre de ipsa certa nostra scientia iubemus quatenus presentis indulti nostri gratiam servantès iamdictè Nicolie tenaciter illibatam eam ad solutionem predicti doni nullatenus compellatis nec in aliquo propterea molesteris eandem. Ita quod non oporteat ulterius exinde vobis scribi. Presentibus post debitam inspectionem earum remanentibus presentanti quantum expediens fuerit efficaciter valituris.

Data Neapoli per Johannem Grillum de Salerno etc. anno Domini MCCCXXXVII die VII marci V jndictionis Regnorum nostrorum anno XXVIII (36).